



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De  
Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1531**

**VD16 H 224**

Persecutio Chr[ist]ianor[um] p[er] Domitianu[m]. Cap. XIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29805**

## RERVM MEMO. LIB. III.

diem se perdidisse, qua nihil boni fecerit. Ita omnium virtutum generē mirabilis fuit, adeo ut amor & dilectio humani generis diceretur. hic non nocuit Christianis. Per idem temp<sup>o</sup> Linus obiit Romanus pontifex, transactis in sacerdotio xij. annis. Cletus succedit.

### TITVS REGNAVIT DVO bus annis & totidem mensibus.

#### Caput XII.

**T**itus moritur post duos annos imperij sui & duos mienses. Domitianus vero frater eius minor statuit imperio. Cuius quarto anno apud Alexandria obiit Ammanus, post xxij. episcopatus annos. Abilius succedit. Cletus vero Romanus pontifex & ipse xij: annis sedet, & transiens Clementi papatum reliquit. Aiunt autem qui de cathedra Romane ecclesie perscrutati sunt, quod Linus & Cletus non sederunt ut pontifices, sed ut summi pontificis Coadiutores, quibus beatus Petrus tradidit ecclesiasticarum rerum dispositionem. Ipse vero tantum orationi & prædicationi vacabat. unde tanta autoritate donati, meruerunt in Catalogo pontificum reponi.

### PERSECVTIO DOMITIANI.

#### Caput XIII.

**I**n terea Domitianus portio Neronis, eiusq<sup>e</sup> impie tatis successor, Christianos valde persecutur, quoddam trucidat, quosdam bonorum direptione puniit, quosdā tradit in exilium, inter quos Flauiam Dominicillam egregiam virginem Christi, cuius gesta habentur, in insulam Pontiam deportari iubet, & beatū Iohannem euangelistam relegat exilio, ubi & Apoca-

## HAYMO DE CHRISTIA:

Typsim scripsit, missus prius in feruētis olei dolii, sed illęsus. Hic familiā Dauid puri iubet, & propinquos Christi secundū carnē, vt interficiat, ne q̄s superesset Iudæorum ex semine regali. Quibus oblatis, & de re-gno Christi respondentibus, Quia non est de hoc mūdo, liberos abire iubet, sed cōtemnit.

## DOMITIANVS REGNAT

xv. annis. Cap. XIII.

**I**Taq̄ Domitian⁹ potitur imperio xv. annis, postea ex senatus consulo oēs qui iussu eius exulabār, reuocant, cum quibus & beatus Iohānes redijt.

## NERVA VIX PER ANNVM

regnat. Cap. XV.

**N**erua q̄q anno plus minusve defuncto, Traianus obtinet imperium, cuius primo principatus anno Abilius Alexandrinus post xiiiij. episcopatus annos diem obiit, Cerdone succedente tertio in sacerdotium. Clemens tunc temporis post Petrum adhuc Romæ pontificatū tenebat: sed apud Antiochiam post Petrum Euodius fuerat, & secundus Ignatius. Hierosolymis post Iacobum fratre domini adhuc præerat Simon domini cōsobrinus. Ireneus: Interea adhuc superstes beatus Iohannes euā gelista præest ecclesijs Asiæ, residens apud Ephesum, & permanet viuens usq; ad tempora Traiani, ædificans ibi ecclesias quas Paulus primo ibi fundauerat. Hic Papiam & Polycarpum auditores & condiscipulos habet: qui etiam libros faciens & epistolas, instituit erudiuitq; plurimos. Qui bene in vltimis vitæ tēporibus scribit euangelium, compulsus ab Asiæ epi-